



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Athanasia. 27. Februarij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

## S. ATHANASIA. 27. Februarij.

**A**THANASIAE ANDRONICUM suum junximus, injuriam facturi utriusque si nunc demum divortium inter eos fecissemus, quos tot miracula junxerunt. Igitur Antiochiæ agebant sanctissimi conjuges, opesque, quæ multæ illis erant, cum cælo communes habebant. Trientem primum miseri, alterum viri religiosi auferebant, ultimus domesticis usibus cedebat. Heredes cum binos fustulissent, placuit exinde castitati potius, quàm liberis operam dare. Interea illos etiam uno die cælum rapuit.

ATHANASIA, ut impotens ferè matrum dolor est, immoritura mortuis videbatur; sed Julianus martyr, in cujus templo liberorum manibus parentabat, docuit liberis cælum non invidere. Quin imò invidit, sed rectè, uterque parens; &, ut eodem conniteretur, toto assè in miseros abjecto, in diversa cœnobîa abiit. Iam anni iverant XII. cum una ambos cupido incessit ad sacra Solymæ loca visendi. Itaque idem paulò post iter jungunt, & agnoscit ATHANASIA incognita (virum, quò tutius peregrinaretur, pudor induerat) ANDRONICUM suum. Salute datâ acceptaque iter silentio transigitur. Inde regressos excipit eadem celo, alterosque XII. annos ANDRONICUS  
cui

142 VITÆ SANCTORUM. 28. Fe-  
cum ATHANASIA habitat nescit  
novi conjugii. Virum nempe crediderat  
Et erat: mulierem tamen mors & sche-  
diasma ponere caput repertum prodidit.  
Igitur corpus palmis coronatum, & cla-  
tum triumphis speciem non funeris pre-  
buit, diuque nihil aliud in ore omnium  
quàm *Femina monachus & monachus con-  
jux fuit. Ex Surio.*

*Ideo nudi in seculo nascimur, nudi et-  
jam ad Baptismi lavacrum accedimus,  
ut nudi quoque & expediti ad calixianam  
properemus. incongruum verò & absur-  
dum est, ut quem nudum mater genuit, nu-  
dum suscipit Ecclesia, dives velit intrare  
in calum. S. Max. serm. de S. Mich.*

SS. LUPICINUS ET ROMANUS CC.  
28. Februarij.

**E**Adem studia, & vitæ rationem ean-  
dem audies in LUPICINO, &  
ROMANO, ut meritò fratres credamus  
germanos fuisse. Ambo siquidem vir-  
ginitatem à teneris colere, ambo ho-  
stes, qui ad nuptias impellebant, heu-  
nimium fortes, parentes habuere. Pu-  
gnavit tamen pro filiis fortior in hos  
mors, & illi pudorem in eremum extu-  
lerunt. Hic etiam cum solos se crede-  
rent, soli non erant. Aderat hostis or-  
eus, & crebrâ lapidatione tyrones ani-  
mos terreat, jamque in eam desperatio-  
nem